

Circa *Cephalodia* simul epigena et hypogena.
 Scripsit W. Nylander.

Saepe observationes exposui de cephalodiis, quae organa Lichenum ante me parum cognita fuerant et respectu anatomico prorsus neglecta, licet quidem character eorum primarius est anatomicus, scilicet gonimiis expressus, nec obveniunt cephalodia in thallis aliis quam gonidicis ¹⁾.

Hucusque cephalodia indicavi:

1^o. In pagina thalli supra obvia varieque protrusa et varias formas, secundum genera et species, sumentia, apud quae occurrunt. Sunt haec epigena frequentissima.

2^o. Longe minus frequentia sunt cephalodia hypogena vel in thalli infera pagina superficialia, nec cognita nisi in *Peltidea venosa* (vid. in Flora 1866, p. 116) et *Psoromate euphyлло*.

3^o. Haud nimis rara in Lichenibus foliaceis (scilicet in *Sticticis* pluribus, *Nephromate expallido*, etc.) sunt cephalodia endogena vel pyrenodea, quae in thallo immersa conspiciuntur et extus vulgo pagina infera pyrenocarpoidee protuberantia (a strato thallino obtectata).

Nuper deinde in *Lecanora* (*Psoromate*) *araneosa* (Bab.), e Nova Zelandia, vidi cephalodia simul epigena et hypogena adesse in omnibus speciminibus examinatis. Supra thallum pallidotestaceum foliaceo-lobatum et (summo margine incurvo) sparsa obveniunt cephalodia superficialia concoloria, primo granuliformia, demum rotundata et ambitu crenulata subplacodioidea (latit. circiter 1 millim.), convexiuscula, inaequalia. Etiam in pagina infera pallida (tomento adpresso versus marginem tendente) cephalodia similia, at minus evoluta, prominula (atque omnino ea *Peltidaeae venosae* in memoriam revocantia). Quoque eadem cephalodia, modo minus evoluta, in utraque pagina adsunt apud *Leca-*

1) Algolichenomachiam Friesianam memoravi (in Flora 1866, p. 179), quae vellet, cephalodia sistere formationes morbosas. Forsan hoc maxime ridiculum est omnium „judiciorum certorum“, quae progenuit officina eadem, inventis suis maxime eminens. Quo signo subtili Adjunctus Fries Lichenes cephalodiophoros aegrotantes agnovit? Cur non indicare? Nemo revera alius unquam animadvertit, illos Lichenes minus integra gaudere valetudine quam ceteros, sed facile patet, cephalodia ad naturam typicam specierum, in quibus observantur, pertinere; sunt character normalis earundem omnino physiologicus et nihil pathologici habens. Gonimia iis interdum valde para.

noram allorhizam Nyl. (quam legit in Nova Zelandia cl. Knight), et quae subsimilis est *L. araneosae*, sed minor (laciniis ambitus latit. vix 2 millim., in *araneosa* lobis ambitus latit. 6—12 millim. vel latioribus), thallus pallidus nudus, subtus concolor breviter rhizinoso-hirtus; sporae ellipsoideae (saepius scabriusculae) longit. 0,015—22 millim., crassit. 0,011—12 millim.; est corticola, fortasse sola varietas *L. araneosae* deminuta, at variis notis differens. Hypogyna gonimiis raris in *L. euphylla* Nyl.

Bericht über den Stand der China-Kultur im II. Quartal 1868 *) von C. van Gorkom. Aus dem Holländischen von C. Hasskarl.

(Cf. pag. 193 &c. und 332 &c.)

Während dieses Quartals wurden ungefähr 10666 *C. Calisaya*, (worunter etwa 5000 aus Bolivia'schen Samen), 13845 *C. succirubra* (meistentheils aus Zeylon'schen Samen) und 9840 *C. Condaminea* gewonnen, so dass gegenwärtig der Bestand der Pflanzungen enthält:

<i>C. Calisaya</i>	509582
<i>C. succirubra</i>	27578
<i>C. Condaminea</i>	28874
<i>C. lancifolia</i>	573 und
<i>C. micrantha</i>	386

zusammen 566993 Pflanzen, von diesen befinden sich in den verschiedenen Etablissements in zusammenhängenden Gärten;

<i>C. Calisaya</i>	330809
<i>C. succirubra</i>	5003
<i>C. Condaminea</i>	18068
<i>C. lancifolia</i>	573
<i>C. micrantha</i>	343

zusammen 354796.

Der Zustand der Witterung war nur für die jüngsten Anpflanzungen weniger günstig; der anhaltenden Trockenheit halber musste auch der Ausbreitung der Anpflanzungen Einhalt gethan

*) Bericht über das I. Quartal 1868 ist mir nicht zugekommen. C. H.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1868

Band/Volume: [51](#)

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: [Circa Cephalodia simul epigena et hypogena 372-373](#)